UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sermones magistri Nicolai deniise sacre pagine professoris

De Tempore Hyemales

Denisse, Nicolas

[Augsburg], 1510

VD16 N 1513

Feria. v. post. iiii. d[omi]nicam aduentus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30599

Visual Library

¶ Feria. v. poſt. iiij. dñicam aduentus.

Abiiciamus

a
opa tenebraꝝ. Prothema
vt in alio aduentuali.

PRo pmo An defectus naturales in
chꝛo fuerint a natura an a volũtate.
Q, a natura fuerit in eo quia a pma ſua
origine. Contra. Magr̃ in lr̃a in. iij. di. xv
Ex ſola volũtate miſeratiõis in ſe trãſtu-
lit verã infirmitatẽ ſicut accepit verã car-
nẽ. ¶ Rñdet Bona. vbi ſ. ſicut dt mgr̃ in
lr̃a. Ex alia ⁊ alia cauſa fuerũt iſti defectꝰ
in chꝛo ⁊ in nobis. In nobis em̃ ſunt ex ne
ceſſitate ꝯtracti. ſed in chꝛo ex voluntate
aſſumpti. Nos em̃ iſtos defectꝰ trahimꝰ
a parentibꝰ ꝓpter legem ꝓpagatiõis ⁊ cõ-
cupiſcẽtie q̄ militat in illis mẽbꝛis. Nam
paſſibilis generat paſſibilẽ: et hñs legem
ꝯcupie in mẽbꝛis: generat filiũ ſubiectuꝫ
ꝯcupiſcẽtie: Ex cuius ꝯcupie reatu inſũt
proli omnes penalitates. Et ꝓpterea di-
cuntur ꝯtracte q̄ſi ex ꝯcurſu duoꝝ tracte:
vicꝫ ꝓpagationis nature et coꝛruptõis cõ
cupiſcẽtie. Chꝛiſtus aũe neutro modo fu
it conceptus ſeu ꝓpagatus: nec ſm ꝓpaga
tionẽ legis naturalis: nec ſm ardoꝛẽ libi-
dinis. Ideocꝫ in illa carne penalitas hec
fuit ex diſpenſatiõe ipſius aſſumentis: cõ-
currente ſimul acceptatione illius anime
rõnalis que in pmo inſtanti ſue creatiõis
habuit vſum rõnis pleniſſimũ et ſibi cõ-
placuit vniri tali coꝛpi ꝓpter ſalutẽ gene-
ris humani. Cum autẽ dicit ꝙ huiuſmõi
defectus fuerũt in chꝛiſto a pma origine:
verũ eſt nõ tanq̄ a cauſa ſed ꝑ ꝯcomitan
tiam tm̃. Hec Bonauen. ¶ Pro funda-
mento. Id maxime ꝯſiderare debemꝰ: ꝙ
tambenigne dignata eſt nobis ſuccurrere
diuina maieſtas q̄ nobis ſe tã amicam et
ꝓpitiam exhibuit. Et certe magnuꝫ ſola-
tium nobis eſt tamdulciter amari a deo.
Nam vt dicit Tullius li. de amicicia. Nõ
tam vtilitas ꝑ amicum parta q̄ꝫ amici ipe
amoꝛ delectat Et certe in ꝓpoſito verum
eſt quod ait virgilius poeta in bucolicis.
Omnia vincit amoꝛ. Amoꝛ em̃ dei in nos
vicit indignationeꝫ ipius dei contra nos
adeo vt aſſumpſerit neduꝫ naturã huma
nam ſedetiã defectus noſtros. Sed que-
ritur: An huiuſmodi defectus ⁊c̃. Dic re
ſpondendo. ⁊c̃. Ex qua conclude deuotam
contemplationẽ: Conſideremus nos qui
ꝑ eum ſaluari volumus qualiter aĩa eiꝰ
bñdicta ab inſtanti creatõis ꝓuidit omes
laboꝛes quos paſſurus erat et ꝓ ſalute no
ſtra benigniſſime acceptauit. O pelagus
amoꝛis ieſu xpi ab inſtãti ꝑfectõ ꝯceptõis
ſemꝑ pro amoꝛe noſtro habuit moꝛtem
in coꝛde. Ergo o anima rationalis dilige
eũ a quo tantũ dilecta es. Hinc dicit Au
guſtinus. Ve miſere anime q̄ chꝛiſtũ nõ
querit nec amat: arida manet ⁊ miſera: ꝑ-
dit quod viuit que deũ nõ diligit. Audi-
te diuine legis tranſgreſſoꝛes: foꝛnicato-
res: adulteri: vſurarij: frauduleti ⁊c̃. O i-
gratitudo inexcuſabilis peccatoꝝ: venit fi
lius dei: in nube noſtre humanitatis ap
parens vt viã ſalutis nobis oſtenderet: ⁊
eum ſequi dedignamur: q̄ꝓpter miſer-
rime ꝑibimus. ¶ Figura Exod. pluribus
locis: nubes lucida conducebat filios iſrl̃
in egreſſu de egypto ac etiã ꝑ deſertum:
ſed ingrati et rebelles fuerunt: ideo terrã
ꝓmiſſionis nõ intrauerũt, vt habet Num.
xiiij. Expone: ꝑ nubem lucidam chꝛi hu-
manitatẽ ſuis exemplis et doctrinis mun
dum illuminantẽ. per filios iſrael chꝛiſtia
nos peccatoꝛes ⁊c̃. Et nota illud Bern.
ſuꝑ Canti. q̄ꝫ pauci ſunt bone Ieſu q̄ poſt
te ire velint cum tamẽ ad te ꝑuenire: ne-
mo eſt qui nolit: ſcientibus cunctis quo-
niam delectationes in dextera tua vſcꝫ in
finem.

PRo ſcdo. In precedenti ⁊c̃. Nunc de
tertia que eſt executio ſumme conſo
labilis et introductionis: quia iuſti ibunt
in vitam eternam Sapie. v. Iuſti autem
in perpetuũ viuent: et apud dñm eſt mer-
ces eoꝝ. Et ad Gal. vj. Qui ſeminat in ſpri
tu: d ſpũ metet vi. eternã. De hac autem
vita ſunt tres deſiderabiles cõditiones.

¶ Prima eſt ineſtimabilis bonoꝛum ple-
nitudo.

¶ Secunda eſt inexplicabilis iocundita-
tis dulcedo.

¶ Tertia eſt inexterminabilis ꝑpetuita-
tis certitudo.

¶ Prima ⁊c̃. De q̄ Ber. Merces ſctoꝝ
tãmag eſt ꝙ nõ pt mẽſurari: tãmlta ẽ ꝙ ñ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pōt numerari: tā copioſa eſt: ꝙ nō pōt fi/
niri: tam precioſa ꝙ nō poteſt extimari.
Vñ ps. Replebimur in bonis dom⁹ tue.
Item inebriabunṫ ab vbertate dom⁹ tue.
⁊c. qm̄ apud te eſt fons vite: fons indefi/
ciens oīm bonoꝝ: hec eſt ciuitas dei, oib⁹
bonis refectiſſima. De q̄ Eſa. xxxiij. Ocu
li tui videbūt hiɫr̃m ciuitatem opulentā.
¶ Scda eſt inexplicabilis iocūditatꝫ dul
cedo. Eſa. xxxv. Veniēt in ſion cū laude ⁊
leticia ſempiterna ſup capita eoꝝ gaudiū
⁊ leticiā obtinebūt ⁊ fugiet dolor ⁊ gemi/
tus. O q̄ta leticia qn̄ nō ſolum in aīa ſꝫ
etiā in corpore glorificabūṫ. Prouerb. vj.
Oēs domeſtici eius veſtiti ſūt duplicib⁹
id eſt duabus ſtolis ſcꝫ glīa corpis ⁊ ani/
me. Tūc cuiuſlibet vti gaudiū plenū erit.
Nam intus ⁊ extra ſubtus ⁊ ſupra. imo
circūquaqꝫ mirabiliter gaudebit Int⁹ de
puritate cōſcientie. Extra de corporis glī
ficatōe. Subitus de celi viſiōe ⁊ aliaꝝ cre
aturarū pulcritudine ⁊ innouatiōe. Sup̄
de dei viſione. Et circūquaqꝫ de angeloꝝ
⁊ oīm ſanctoꝝ ſocietate iocūda ⁊ delecta
bili atqꝫ honorabili aſſociatiōe. De quoꝝ
omniū ⁊ ſinguloꝝ meritis ⁊ p̄mijs gau/
debūt Vñ nemo ſufficeret cogitare q̄ntū
ſit ibi gaudiū. Ber. in medi. Ibi ſolū leti
cia: totū exultatio poſſidet hoīeſqꝫ ange/
lis ſociati ſine vlla carnis īfirmitate ma
nebunt. Ibi iocunditas infinita. ¶ Ter/
tia eſt interminabilis perpetuitatꝫ certi/
tudo Bern̄. vbi ſupra. Ibi brit[illegible]do ſem/
piterna in qua qui ſemel ſuſcipitur ſemper
teneṫ [illegible]ibi requies a laborib⁹: amenitas d̄
nouitate: ſecuritas de eternitate. Auguſt.
Beatitudinē oīm btoꝝ perficit ſecuritas
eterna q̄ ſi ſola deeſſet: omīa bona celeſtia
q̄ntūcūqꝫ dulcia vaneſcerent ⁊ vileſcerēt
ex timore amittendi. Iō aſſecurādo diſci
pulos dn̄s dicit. Jo. xvj. Gaudiū veſtrū
nemo tollet a vobis. Et Prouer. j. Qui
me audierit abſqꝫ timore requieſcet ⁊ abū
dantia pfrueṫ: timore maloꝝ ſublato. O
igiṫ ſtultiſſima mundanoꝝ malicia ⁊ peſ/
ſima eorū ſtulticia q̄ ſempiternis neglectꝫ
tpalibus inherent incertis ⁊ inſiſtunt: cer
tiſſimis omiſſis: mortē diligūt ⁊ vitā fu/
giunt: deū cōtemnūt ⁊ demoni cōſentiūt:
viam eternoꝝ gaudiorū relinquūt ⁊ pene
interminabilis iter arripiunt. O ſi quis
hec meditareṫ attente: nullatenus p̄ſentꝫ
vite labores formid[a]ret: ſed deuotiſſime
ſemper deo ſeruiret. Exemplū in quodā
libello de initio ciſtercieñ. ordinis. ꝙ cum
quidā religioſus tentareṫ de exitu ordi/
nis: apparuerūt ei pater eius ⁊ mater iā
defuncti diſſuadentes exitū. Quib⁹ cum
nollet adquieſcere dixit ꝙ nō poteras tan
tā penā ſufferre. Dixit ei mater. Et quō
mō poteris portare penas inferni? Et ille
quia eſt grauio[r] inferno pena hui⁹ ordi/
nis. Et mater. Vis aliq̄d experiri de pe/
nis inferni? Et ille. ſic. Et ecce ſon⁹ porco/
rū terribilis adeo ꝙ viſum eſt ei ꝙ celū
ſcindereṫ ⁊ caput eius rūdereṫ. Et cū q̄ſi
deficeret: ceſſauit ſonus. Et mater cōfor/
tās eū dixit. Vis aliquid experiri de gau
dijs paradiſi? Et ille: ſic. Et ecce cantus
dulciſſimus excedēs omnē dulcedinē mu
ſicoꝝ. Tunc mater ait ei. Si vis ad gau/
dia peruenire ⁊ euadere tormēta inferni:
pſeueres in ordine. Et ſic fecit. Nō eſt cre
dibile quin ſit gemit⁹ ⁊ vlulat⁹ corporali
ter futurus in inferno ſicut cantus in ce/
lo. O q̄ fatui q̄ bonoꝝ et maloꝝ finē non
p̄cogitant. Iō bene dr̄ Deute. xxxij. Gēs
abſqꝫ cōſilio ⁊ ſine prudentia vtinā ſape/
rent ⁊ intelligerent ac nouiſſima prouide
rent.

PRo tertio. Audiſtis ⁊c. Si vultis ḡ
ad hmōi gaudia peruenire: ſatagite
deo fideliter ſeruire. Cauſa em̄ debet pre
cedere ſuū effectū. l. Si neqꝫ. ff. que res pi
gnori obligari nō poſſunt. Et ceſſante cau
ſa: ceſſat effectus. j. q. vij. Quod ꝓ reme/
dio. Notandū autē ꝙ bona opera ſūt cau
ſa beatitudinis ꝯſequēde q2 ſine ipis neq̄
q̄ꝫ haberi poteſt. Attēdite. Quis nō gau
denter ſeruiret: vna die regi ſi certus ex/
inde eſſet totū vite reſiduū peragere in de
licijs. honore: ⁊ quiete. Expone notando
illud Chry. Si tempeſtas nautis: ſi vul/
nera militib⁹: ſi frigora agricolis leuia ſūt
ꝓpter premiū tēpale: q̄nto magis leuia
debēt eſſe chriſtianis ꝓpter premiū eter/
num. Quod nobis cōcedat benedict⁹ dei
filius per ſue incarnationis ⁊ natiuitatis
meritum. Amen.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN